ANTONIUS FLORENTINUS. PS. IOHANNES CHRYSOSTOMUS. ANDREAS CAPELLANUS
Klosterneuburg, 1479 Seite 102r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1066
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sideat hamo. Sic enim piscator astutus suis
conatur subiculis pisces attrahere. Sic amor bla-
dimentis totisque viribus instat duo diversa quodam
incorporari vinculo corda unire unita semper
coniuncta servare.

Quis sit effectus amoris Ca. vij

Affectus amoris hic est. Amor horridum
et incultum animum facit formositate pol-
lere. infimos natu. morum nobilitate ditare.
Superbos quoque solet humilitate beare. obsequia cun-
ctis amorosis consuevit subiectionem prestare. nullaque
avaritia verus amor potest obfuscare. Quam mira-
res est qui tantis facit hominem fulgere virtutibus.
tantisque docet quemlibet bonis moribus habundare.
Est etiam aliud in amore quod non brevi sermone
est laudandum. quia reddit amor hominem quasi
castitatis virtute decoratum. Vix enim de alterius
etiam forme se cohibere amplexu qui radio cuiusque
fulget. Est enim sue menti dum de amore
seu plenarie cogitare insistit amator mulieris
cuiuslibet horridus et incultus aspectus. Hec igitur
tuo posteri volo semper esse affixum. Gualtere ami-
ce quod si tali amoris liberamine utentur ut nautas
suas post multarum saltem procellarum undationem inquie-
tis semper partum deducere me sue servitutis perpe-
tuo vinculis obligarem. Sed quia mequale
pensum sua solet manu gestare de ipsius tamquam
iudicis suspecti non ad plenum confido. Ideoque
ad presens recuso iudicium. quia sepe suas nautas
valida relinquit in unda. Sed quare amor
ponderibus non utatur equalibus alibi tractatu laciori
te docebo. Sic

Que persone apte sunt ad amorem Ca. viij.

Et igitur videre que persone sint apte ad
amoris arma ferenda. Et scire debes